

# Achtzigste Nachricht

von dem

## Friedrichs-Gymnasium zu Altenburg

über das

Schuljahr Ostern 1886 bis Ostern 1887.

Von

**Dr. Wilhelm Kühne,**

Direktor.



**Inhalt:** Wissenschaftliche Abhandlung des Gymnasiallehrers Paul Unger: De antiquissima  
Aenianum inscriptione (Aristot. Mir. Ausc. c. CXLV) commentatio.  
Schulnachrichten. Vom Direktor.

---

Altenburg.

Druck von Oskar Bonde.

1887. Progr. Nr. 634.

gal  
5 (1887)

9, 12

Abt. für die Verwaltung

# Friedrichs-Gymnasium zu Altona

Schuljahr 1885/86 bis Ostern 1887



Altona, den 1. März 1887

Altona

Dr. Wilhelm Kellner

1887

DE

ANTIQUISSIMA AENIANUM INSCRIPTIONE

(ARISTOT. MIR. AUSC. C. CXLV)

COMMENTATIO.

SCRIPSIT PAUL UNGER.

DE

ANTICUISSIMA AEMIANUM INSCRIPTIONE

(ARISTOT. MET. AUSE. C. CLIV.)

COMMENTATIO

SCRIPSIT PAUL UNGER.

Cap. I.

Quamquam saepius numero ac diligenter a viris doctis quaesitum est de columnae haud procul ab Hypata, Aenianum urbe, repertae inscriptione, qua Hercules Geryonis boves abduxisse narratur, tamen, quum parum prosperi ad hanc rem dijudicandam successus is labor fuerit nec cuiquam contigerit, ut complurium assensu sententiae suae aliquid firmamenti adderet, nos loci obscuritati lucem aliquam afferre posse nobis visi hanc quaestionem ausi sumus denuo instituere. De re autem, quae agitur, auctor mirabilium auscultationum, quem dicunt Aristotelem esse, scripsit in hunc modum cap. 145 p. 294 ed. Beckm.:

*Τῆς καλουμένης Αἰνιακῆς χώρας περὶ τὴν ὀνομαζομένην Ὑπάτην λέγεται παλαιὰ τις στήλη εὐρεθῆναι, ἣν οἱ Αἰνιαῖοι τίνος ἦν εἰδέναι βουλόμενοι, ἔχουσαν ἐπιγραφὴν ἀρχαίοις γράμμασιν, ἀπέστειλαν εἰς Ἀθήνας τινὰς κομίζοντας αὐτήν. πορευομένων δὲ διὰ τῆς Βοιωτίας, καὶ τισὶ τῶν ξένων ὑπὲρ τῆς ἀποδημίας ἀνακινουμένων, λέγεται αὐτοὺς εἰσαχθῆναι εἰς τὸ καλούμενον Ἰσμήμιον ἐν Θήβαις. ἐκεῖθεν μὲν γὰρ μάλιστα ἀν' εὐρεθῆναι τὴν τῶν γραμμάτων ἐπιγραφὴν· λέγοντες εἶναι ἕνα ἀναθήματα ὁμοίους ἔχοντα τοὺς ἑυθμοὺς τῶν γραμμάτων ἀρχαῖα. ὅθεν αὐτοὺς φασὶ ἀπὸ τῶν γνωριζομένων, τὴν εὐρεσιν ποιησαμένους τῶν ἐπιζητουμένων, ἀναγράψαι τοὺςδε τοὺς στίχους·*

*Ἡρακλέους τεμένει τε Κυθήρα Φερσεφάσση,  
Τῆδ' ἀγέλην ἐλάων, ἧδ' Ἐρύθειαν ἄγων.  
Τὰς δ' ἐδάμασσε πόθῳ Πασσιφάεσσα θεά.  
Τῆδε δέ μοι τέκνῳ τῷ δ' εὐρύθοντι δάμασι  
Νυμφογενῆς Ἐρύθῃ· δὴ τὸδ' ἔδωκα πέδον  
Μναμόσνον φίλιας, φηγῶ ὑπὸ σκιερᾷ.*

*Τοῦτω τῷ ἐπιγράμματι ἐπεχώρησε καὶ ὁ τόπος ἐκεῖνος Ἐρυθός καλούμενος, καὶ ὅτι ἐκεῖθεν τοὺς βοῦς καὶ οὐκ ἐξ Ἐρυθείας ἤγαγεν. οἷδὲ γὰρ ἐν τοῖς κατὰ Αἰβύνην καὶ Ἰβηρίαν τόποις οὐδαμοῦ τὸ ὄνομα λέγεσθαι φασὶ τῆς Ἐρυθείας.*

Eam igitur inscriptionem, quam misere depravatam esse cognoscitur, primus Salmasius ap. Beckm. p. 297 instituit et explicare et reddere integritati suae. Qui quum eum titulum bipartitum esse perspexisse sibi visus esset, versus reconcinnavit in hanc speciem:

*Ἡρακλέης τεμένειζε Κυθήρας Φερσεφάσση,  
Τῆδ' ἀγέλην ἐλάων, ἐκ δ' Ἐρύθῃς ἀνάγων,  
Τὸνδ' ἐδάμασσε πόθῳ Φερσεφάεσσα θεά.  
Τῆλε δάμῳ τέκνῳ καὶ Εὐρύτῳ ἢ δάμαρ αὐτοῦ  
Νυμφογενῆς Ἐρύθῃ δὴ τὸδ' ἔδωκα πέδον  
Μναμόσνον φίλιας, φηγῶ ὑποσκιερὸν.*

Atque de hoc quidem invento persuasit Js. Vossio, id quod intellegere licet ex hujus notis ad Scylac. Peripl. p. 24 Gron. Idem tamen Vossius mutata subinde de causis gravissimis sententia ipse circumspexit, si verborum male affectorum medelam inveniret constituitque versus modo hocce: (Obs. ad Pompon. Mel. III. 6. p. 251.)

Ἡρακλῆς τεμένισατο Κοίρα Φερσεφάσσα  
 Γηρονῆ ἑλάων ἢδ' Ἐρύθειαν ἄγων.  
 Τὰς δ' ἐδάμασσε πόθῳ Πασσιφάεσσα θεά.  
 Τῆδε δάμαρ τέκῳ, τῷ τ' Εὐρυτίωνι δάμαρ πρὶν  
 Νυμφογενῆς Ἐρύθῃ τῆ τὸδ' ἔδωκα πέδον  
 Μνημόσνον φιλότα φριτάδ' ὑπὸ σκιερῶ.

At vero spretis confutatisque, quae Vossio placuerunt, Buhnerius (in Ep. ad Scip. Maffeiū Gall. Ant. Select. p. 161. apud Beckm. p. 403. sq.) auctor exstitit, ut haec inscriptionis forma haberetur antiqua et sincera:

Ἡρακλῆς τεμένισσε Κυθήρα πασιφάεσσα  
 Γηρονείας βοῦς ἐξ' Ἐρύθρου ἀνάγων.  
 Τὰς δ' ἐδάμασσε πόθῳ πασιφάεσσα θεά.  
 Τῆδε δ' ἐμῶ τέκῳ τῷ δ' Εὐρυτίωνι δαμέντι  
 Νυμφογενῆς Ἐρύθῃ δὴ τὸδ' ἔδωκα πέδον,  
 Μνημόσνον φίλιας, φηγῶ ὑπὸ σκιερῶ.

Nec tamen quidquam istud consilium valuit aut debuit valere apud Heynium, qui epigrammata duo diversa hic exstare arbitratus alterius descriptionem proposuit p. 419 duplicem, alteram:

Ἡρακλῆς τέμενος τίδ' εὐρυθρῶ Φερσεφάσση,  
 Γηρονέω ἀγέλην τῆδ' Ἐρύθρουθεν ἄγων.  
 Τῆν δ' ἐδάμασσε πόθῳ Φερσεφάεσσα θεά.

alteram hanc: Γηρονέω ἀγέλην ἐξ' Ἐρύθρης ἑλάων.

Deinde edidit Bekkerus hos versus hoc modo:

Ἡρακλῆς τεμένισσε Κυθήρα Φερσεφάσση  
 Γηρονείας ἀγέλας ἢδ' Ἐρύθειαν ἄγων.  
 τὰς ἐδάμασσε πόθῳ Πασσιφάεσσα θεά.  
 τῆδε δέ μοι τέκῳ τῷ δ' Ἐρύθρου τε δάμαρ  
 νυμφογενῆς Ἐρύθῃ· δὴ τὸδ' ἔδωκα πέδον  
 μνημόσνον φίλιας, φηγῶ ὑπὸ σκιερῶ.

Welckerus autem non uno loco ab hac epigrammatis forma discessit in Syllog. Epigr. p. 254, quum scriberet:

Ἡρακλῆς τεμένισσε Κυθήρα Φερσεφάσση  
 Γηρονέως ἀγέλην ἢδ' Ἐρύθειαν ἄγων.  
 Τὰς δὲ δάμασσε πόθῳ πασιφάεσσα θεά.  
 Τῆδε δέ μοι τεκνοῖ Εὐρυθρον νῖα δάμαρ  
 Νυμφογενῆς Ἐρύθῃ· τῆ τὸδ' ἔδωκα πέδον  
 Μνημόσνον φίλιας φηγῶ ὑπὸ σκιερῶ.

Ab Welckero autem sic dissensit Hermannus, ut Opusc. V. pag. 179 sq. hanc eorum versuum descriptionem proponeret:

Ἡρακλῆς τεμένισσα Κυθήρα Πασσιφάεσσα  
 Γηρονέως ἀγέλας ἢδ' Ἐρύθειαν ἄγων.  
 τὰς μ' ἐδάμασσε πόθῳ πασιφάεσσα θεά.  
 τῆδε δέ μοι τεκνοῖ παῖδ' Ἐρύθροντα δάμαρ  
 νυμφογενῆς Ἐρύθῃ· τῆ τὸδ' ἔδωκα πέδον  
 μνημόσνον φίλιας φηγῶ ὑπὸ σκιερῶ.

Hunc sequutus est Westermannus. Nec jam omitto Clausenium de Aenea et Penatibus p. 502. not. 801, cui haec satis placuerunt:

Ἡρακλῆς τεμένισσε Κυθήρα Φερσεφάσση  
 Γηρονείας ἀγέλας ἢδ' Ἐρύθειαν ἄγων.  
 Τὰς δ' ἐδάμασσε πόθῳ πασιφάεσσα θεά.

Τῆδε δ' ἐμῶ τέκνῳ τῶδ' Ἐρύθρονι δάμαρ  
 Νυμφογενῆς Ἐρύθρη δὴ τόδ' ἔδωκα πέδον  
 Μναμόσνον φιλίας φηγῶ ὑπὸ σκιερᾶ.

Denique — nam Merlekerus „de Epiro ejusque populis“ Progr. Regiom. 1841 p. 17 ne attigit quidem hanc quaestionem — mentio Muelleri facienda est, qui in libro, qui Dorienses inscribitur, II. p. 422 Herculem Proserpinae consecrandas boves rapuisse ait, et Creuzeri, qui Symbol. IV. p. 93. censet Herculem Cytherae Persephaassae locum consecrasse, quum boves in Erythiam vel inde egisset, quos libidine domuisset dea Pasiphaessa.

## Cap. II.

### § 1.

Habes, quae viri docti dedita opera in epigrammatis illius emendationem protulerunt, quae significare maluimus quam percensere, ne longum fieret. Quid enim attinet impetu sive operoso sive levi eas rationes aggredi, quae quum parum momenti justae totius loci explicationi praebuerint, ipsis aliorum disputationibus infractae aut convulsae sunt? Atque ex iis, quae in nostra sententia patefacienda deinceps explicanda sunt, abunde poteris depromere argumenta, quorum vi illos, quos diximus, de statu suo dejicias. Itaque nobis videtur in hac re dijudicanda proficiscendum esse ab iis ipsis, quae Aristotelis codices praebent. Et primi quidem tres versus secundum illorum fidem ita discrepant:

Ἡρακλέους τεμένει τε Κυθήρα Φερσεφάσση. cod. Vindob. Ἡρακλέους τεμένισσα Κυθήρα.  
 Voss.: Ἡρακλέους τεμένις τὸ κυθήρα Πέρσεφάσση. deinde: Τῆδ' ἀγέλην ἐλάων, ἣδ' Ἐρύθειαν ἄγων.  
 cod. Vindob. Γερνονείας ἀγέλην ἐλάων ἣδ' —. Voss: Τηδορονῆας ἀγέλων ἐλάων ἣδ' —. ed. Ald.  
 Τηδορονῆας ἀγέλην —.

Non sane arduum videtur primi versus aptam quandam formam effingere inveniri que credo, qui verborum integritati et sententiae perspicuitati satis provisum esse existiment mutatione hac, quam complures amplexi sunt:

Ἡρακλέης τεμένισσε Κυθήρα πασιφάσση.

Namque *Κυθήρα* usu pervulgatum est non minus latinorum scriptorum, quam graecorum. Recte enim judicavit Wesselingius ad Diod. V. cap. 77. p. 393, 3 et Lobeckius Paralip. p. 299 sq. Venerem dici *Κυθήρεια*, *Κυθηριάς*, *Κυθήρη*, *Κυθήρη*. Et *Κυθήρη* forma quidem in carminibus Anaereonticis frequens, velut 6, 14. 9, 11. 29, 15. 40, 7; in *Κυθείρη* aliquoties depravata est in Anthol. Pal. v. Jacobs vol. III. p. 606. 627. 859, ut apud Oppian. Cyn. 1, 39: *φιλοτήτας αείδειν καὶ θαλάμους ἐν ὄρεσσιν ἀδαρνυῖο Κυθείρης*: 238: *καθαρῆς τ' ἐράουσι Κυθείρης*, ubi cod. Ven. recte *Κυθήρης*. Nec abstinerunt ea forma latini, ut Reposianus Concub. Mart. et Ven. 17 et 172: *blanda Cythere*.

De Venere autem hoc loco sola posse cogitari quis est, quin intellegat? Fuerunt quidem, qui Proserpinam dictam esse censerent, in quo numero est Muellerus, qui ne hoc quidem recordatus est non Proserpinam, sed Jovem commemorari in Etymol. Magno p. 203, 25: *Βοαγίδας, ὁ Ἡρακλῆς ὁ τοὺς βόας τοῦ Τηρόνου ἄγων τῶ Δί,* et a Suida v. *Ααρνοὶ βόες*, sed ratio vix excogitari potest, cur uxor Plutonis nominetur *Κυθήρη*, nec invenies quemquam, ejus auctoritate Venerem jure dici *Φερσεφάσση* confirmes. At vero quae sit dea Pasiphae, luculenter cognoscitur ex iis, quae Laurentius Lydus prodidit in libro de mens. IV, 24 p. 214 Roeth.: *καλεῖται δὲ πολλαχοῦ καὶ πασιφάη, ἣ πᾶσιν ἐπαρμείσα τὴν ἡδονήν*. Haec minime vulgaris, Hermanno quidem cognita. Formae *Πασιφάη* autem simillima est *Πασιφάεσσα*, quam non minus in usu fuisse quam *Τηλεφάσση* (v. Herm. Opusc. vol. V. p. 180) nos docet Lobeckius Pathol. p. 40 adn. 46. Id ipsum autem, quod *πασιφάεσσα* forma rarius invenitur, mihi testimonio est librariorum propter ignorantiam notiore formam *Φερσεφάσση* pro *Πασιφάεσσα* scripsisse. Quo autem *Cytherae* nomen hic recte illatum esse confirmetur, luculentum argumentum proferre licet: insulam Geryonis enim Aphrodisiadem vocatam fuisse certis auctoribus constat, Stephano Byz. p. 97, 25: *Ἀφροδισιάς τρίτη νῆσος ἢ πρότερον Ἐρύθεια μεταξὺ Ἰβηρίας*

καὶ Γαδείρων et Plinio Nat. Hist. IV, 22, 36: insula, in qua prius oppidum Gadum fuit, vocatur ab Ephoro et Philistide Erytheia, a Timaeo et Sileno Aphrodisias, ab indigenis Junonia.“

Simplex autem illud et absolutum *τεμένισσε*, cui fere adjungi solet tale quid, quale est *τέμενος*, ut Plat. Legg. V, 9 p. 175 *τεμένη τε τούτων ἐκάστοις εἰτεμένισαν*, vel *ἱερὸν*, non potest esse offensionis nec fuit Salmasio, qui: *τεμενίζειν*, inquit, dicitur Hercules, qui dat et assignat *τέμενος*, quod verbum hoc sensu tralaticium et aliquot locis mihi lectum.“ (ap. Voss. Scylac. Peripl. p. 24.) Nam quamquam Natalis de Comitibus, Beckmannus, Welckerus, quem sequitur Hermannus, lucum intellegendum esse censent, mihi luce clarius videtur esse campum esse supplendum, quem Hercules, Geryone interempto, in suam potestatem redegerat. Quod autem ad formam *τεμένισσε* attinet, duae imprimis res praeter Clausenii exemplum me moverunt, ut hanc omnibus aliis praeferrem. Primum enim confirmatur haec forma codicum scriptura, qui praebent *τεμενίς*, *τεμενίσσω*, *τεμένειτε*, deinde imprimis particula *τε*, quae levi mutatione fiat *σε* (Canter. Syntagm. c. I. p. 207 sq. cf. Gregor. Corinth. p. 615 § XLIII), iudicium nostrum stabiliri videtur. Si quis autem Hermannum esse sequendum putabit, qui scribit *τεμένισσα*, is reputet hac scriptura epigrammatis sententiam plane perturbari. Nam quis est, qui contendat Herculem bubus Geryonis potitum in campo illo versatum esse diutius? Sententia enim haec foret: Hercules dedicavi Veneri locum atque dedi Erythiae hunc campum, quae mihi peperit filium. Quod si cui placebit, ei concedendum est Herculem fere unum annum in illo loco domicilium habuisse, ubi uxor ei pepererit filium, quod mihi quidem nullo modo probatur; nam omnino repugnat etiam ea res, quod Eurytionem infra docebitur Erythes ex Marte filium fuisse. Nunc de ipso principio dicendum est; nam quem omnes codices praebent genitivum *Ἡρακλέους* vel *Ἡρακλέος*, quominus retineamus, omnino prohibet ipsum verbum, quod sequitur: *ἄγων*; quare probandum est, quod communi doctorum hominum consensu jam praevaluit: *Ἡρακλέης*. De vitii autem origine recte ita expedire videor, ut syllabas *κλεης* affirmem eodem errore in *κλεος* conversas esse, quo in ipso Aristotelis capite p. 48, 19 West. *Ἐρύθης* in *Ἐρύθως* abisse infra § 2. dicemus aliaque vocabula a librariis depravata esse docuit Canterus Syntagm. c. I. p. 193 sq., ne jam illud addam potuisse accidere, ut *εὐός* vel potius *εὐός* (nam exstare *Ἡρακλέως* testatur Bastius Comm. Palaeogr. p. 777) pro *ης* scriberetur cf. idem Canter. p. 210 sq. Bast. p. 780.

Jam versum proximum, cujus discrepantia non levis est, aptissime sanasse mihi videtur Dindorfius, qui eum sic restituit in Steph. Thes. Vol. II. p. 612. B:

*Γηρονέας ἀγέλας ἢ δ' Ἐρύθειαν ἄγων,*

In libris enim est *γηρονείας*, *τηθορονήας*, *τηθορονήας*, *γερονειίας*; deinde *ἀγέλας*, *ἀγέλαν*, *ἀγέλων*, *ἀγέλην*. Quam diversitatem consideranti mihi pluralis praeferendus videtur, quia alii etiam poetae commemorant de Geryonis armentis, gregibus, ut Seneca Herc. Fur. 231:

Inter remotos gentis Hesperiae greges  
Pastor biformis littoris Tartessii  
Peremptus.

conf. Epigr. Syllog. Welck. 190, 10: *ἤγαγε βοῖς ἀγελαίας* (trium insularum greges Serv. Aen. VII. 662); Pausanias quidem IV, 36, 3 singularem posuit: *Ἡρακλεῖ προσέταξεν Εὐρύσθεις ἐλάσαι τῶν Γηρονόνου βοῶν τὴν ἀγέλην*. Neque dubium potest esse, quin aut *Γηρονέως* aut *γηρονείας* sit legendum, quum forma *γηρονείας* synizesin repudiet. *Γηρονέας* autem forma, quae est Jonum, id quod confirmat Koenius Gregor. Corinth. p. 433, ubi legitur: *ἐπὶ γὰρ τῶν διὰ τοῦ εἰὸς κρητικῶν ἀποβάλλονσι οἱ Ἴωνες τὸ ι τῆς εἰ διφθόγγου καὶ διὰ τοῦ εὐός προσφέρουσι, φλόγειος, φλόγεος*, cf. Arcadius de accentibus p. 38, 24 sq., cum codicum scriptura magis congruit, quam *Γηρονέως*, quam ob rem Dindorfio assentiendum videtur.

Recte autem Herculem dici non boves solum, sed etiam feminas *ἄγειν* declarat Apollodorus II. 7, 7: *λαφροαγωγῆσας τὴν πόλιν ἤγεν τὴν Ἰόλην αἰχμάλωτον*. II. 7, 6: *ἄγων δὲ Δηάνειραν ἐπὶ ποταμὸν Εὐρύθων ἤκεν* et Parthenius Narrat. Amat. cap. XXXVI: *ἐλθὼν δὲ ὁ Πῆσος εἰς τόνδε τὸν χώρον βίβη μὲν αὐτὸν οὐκ ἤγεν*. — Ceterum etiam *ἄγειν* *γυναικα* in ea sententia, quae ab hoc loco abhorret, positum esse pro *ἄγεσθαι* aliquot in locis docuit Valckenarius in Herod. IV, 98 p. 485 ed. Gaisf.



Accedo ad versum tertium, cujus e codice Vindobonensi haec scriptura enotata est:

*τάς μὲν ἐδάμασσε πόθῳ πασιφάεσσα θεά,*

Hermannus quidem inde, quod scripsit *τεμένισσα*, coactus est conjicere *τάς με δάμασσε*; sed ne Bekkeri quidem opus est conjectura *τάς ἐ δάμασσε*, quia nemo nisi Hercules intellegi potest, qui a Venere domari dicatur. Illud enim nullo modo mihi videtur prae se ferre veritatis speciem, quod quidam volunt, vocem *τάς* referendam esse ad *ἀγέλας*. Nullum enim Herculi negotium fuit boves quamvis feroces superare, verum magnum negotium Geryonem ejusque pastorem vincere, ut sine periculo armenta eorum posset abducere. Itaque mihi simplicissima versus probatur haec forma:

*τάς ἐδάμασσε πόθῳ πασιφάεσσα θεά.*

Ad accusativum *τάς* enim, quem codices tradunt, quum non habeamus, quod sit referendum, optima fit orationis continuitas, si sine ullo negotio *τάς* mutatur in *τάς*, ita ut pendeat ex voce *πόθῳ*. Neque ignotum est vocem *πόθος* conjunctam cum genetivo significare posse desiderium alicujus sive amorem, quo quis alium prosequatur; sic ut hoc exemplo utar, habemus apud Parthenium 32 p. 178, 22 West.: *ἡ δὲ ἄρα καὶ ἀντὶ οὐκ ἐκτός ἦν τοῦ πρὸς τὸν παῖδα πόθῳ* eodemque modo Oppianus Cyn. II. 205: *οὐ μεθίξει πόθῳ, γαμίους δ' ἐτελέσσατο δεσμούς.* cf. Hesiod. Scut. 41.

Erythiam igitur una cum armentis Hercules abduxit. Solet enim Hercules regnorum eversor narrari raptarum reginarum conjux aut dominus exstitisse resque maximas quasque amore potissimum impulsus gessisse, velut idem, ne Jolen memorem aut Astydamiā aut Hesionen, expugnata Ephyra, Thesprotorum urbe, Astyochem, Phylantis filiam, uxorem sibi adjunxisse fertur. Apollod. II. 7, 6. Hom. II. II., 658:

*τῶν μὲν Τληπόλεμος δουρικλυτὸς ἡγεμόνευεν,  
τὴν τέκεν Ἀσινόχεια βίη Ἡρακλεΐη,  
οὐκ ἄγετ' ἐξ Ἐρύθρης, ποταμοῦ ἀπὸ Σελλήεντος,  
πέσσας ἄστεα πολλὰ διοτρεφείων αἰζῆων.*

Namque *Ἡρακλῆς πλείστας δόξας ἐσχηκέναι γυναίκας, ἦν γὰρ φιλογύνης, ἀνὰ μέρος αὐτὰς εἶχεν ὡς ἂν σιρατενόμενος καὶ κατὰ διάφορα γινόμενος χωρία* Athen. XIII. p. 556. F. Qua re Ammianus Marcellinus XV. 9, 6 ait: „legimus in monumentis Herculem ad Geryonis et Taurisci saevium tyrannorum perniciem festinasse, quorum alter Hispanias, alter Gallias infestabat superatisque ambobus coisse cum generosis feminis suscepisseque liberos plures.“

## § 2.

Sed jam transeamus ad alteram epigrammatis partem, quam Welckerus, Hermannus, Bekkerus, Clausenius tribus pentametris constare voluerunt. Contrariae sententiae auctores sunt Salmasius, Vossius, Buherius, Heynius, quibus ego adstipulor. Nam quod per se ipsum verisimilius videtur esse singulis hexametris binos esse subjunctos pentametros, quale carmen habemus Anthol. Lat. IV, 214:

Tu qui carpis iter gressu properante viator  
Siste gradum, quaeso, quod peto, parva mora est,  
Praeteriens dicas, sit tibi terra levis.  
Flevit praesentem mater, flevere sodales,  
Et mater tepido condidit ossa rogo,  
Quae prius hoc titulo debuit ipsa legi.

conf. 264:

(quamquam magnam quandam licentiam in hujusmodi titulis reperiri non ignoro, ut IV, 395:

Quisquis es aut olim nostra de stirpe futurus,  
Sis memor antiqui nominis et tituli,  
In quorum titulis hic datur esse locus,  
Aeternaeque domus tu tueare focos.

conf. 189. 227. 213. 216. 316. 364. 381 et ne iambicum genus praeteream, Anthol. Palat. VII. 664 conf. 102.) — quam uni hexametro addi quinque pentametros, certum efficitur iis, quae de singulorum versuum sententia jam expromam.

Intuenti enim mihi hos versus particula δ post τῷ posita et voces δὴ τόδ' locum graviter esse corruptum indicarunt, quum non haberem, quo referrem. Nec placere potuit Hermanni conjectura, qui versus sic emendavit:

τῷδε δέ μοι τεκνοῖ καὶδ' Ἐρύθνια δάμαρ  
 νυμφογενῆς Ἐρύθνη. τῷ τόδ' ἔδωκα πέδον.

Illud enim absurdum videtur, quod Hercules campum et Veneri et uxori, quam secum abduxit, dedicasse dicitur. Sed quid plura? veniamus ad singula. Et primum quidem vix dubitari posse credo, quin Erythe, cujus hic mentio fit, eadem sit, quam supra narravimus Ἐρύθειαν nominatam atque ab Hercule abductam esse. Duplicem autem ejus nominis formam esse docet Stephanus Byzantius v. Ἐρύθεια p. 123, 25. West.: λέγεται δὲ καὶ Ἐρύθη κατὰ συναλοιφήν ὡς τὸ Ἀγάμεια-Ἀγάμη καὶ Ζέλεια-Ζέλη, Μαντινεία-Μαντινή. v. Ψνιτάλεια p. 315, 6. Alia ejus generis exempla suppeditat idem Stephanus v. Ἀγάμεια p. 6. et Eustathius in Dionys. Perieg. 152 p. 115 et 915 p. 279; neque utramque formam vel pertenui loci discrimine usurpare ullus unquam scriptor dubitavit. Namque ut notissima Homericæ illa Πηγελοπτή et Πηγελοπεία omittam, apud Musaeum de Her. et Leand. 135 est: Κύπρι γῆλη μετὰ Κίπριν, Ἀθηναίη μετ' Ἀθήνην et apud Moschum II, 1: Εὐρώπη ποτὶ Κύπρις ἐπὶ γλινκὴν ἤγεν ὄνειρον et 7: Φοίνικος θνητῶν ἐν παρθένος Εὐρωπείη cf. Apollon. Rhod. I, 650: ὅς ῥα τόθ' Ὑψιπύλην μειλίζατο et 654: αὐτὴ γὰρ ἐπέφραδεν Ὑψιπύλεια, idemque v. 848 et 853 et Orph. Argon. 472, 477. Orph. Hymn. LVI, 5 ὅς παρὰ Περσεφόνης ἱερὸν δόμον ἀμφιπολεύεις et 10: σοὶ γὰρ ἔδωκε Τιμὴν Περσεφόνηα θεά. Nec praetereo Latinos: Propert. 3, 2, 38: ut reor a facie Calliopea fuit, et 51: Talia Calliope. Priap. carm. LXIX, 20: manserat in thalamo Penelopea tuo, et 29: Hac ego Penelope potui tibi lege placere. Mythograph. I, 21 p. 7, 14, 18: Hippodame filia fuit Oenomai — Postea quum Pelopem amasset Hippodamia, corruptit Myrtilum. Nec alienum est adjicere feminam Erythiae nomine insignem fuisse unam Hesperidum, quam commemorat Jo. Tzetzes Hesiod. Theog. 118. p. 581: Ἐσπεραν καὶ Ἐρεθνίαν καὶ Αἰθουσαν καὶ Αἴγλην, κατὰ δὲ τὸν Ἡσίοδον αἱ Ἐσπερίδες αἴται: Ἀπάτη καὶ Φιλότης τε καὶ Νέμεσις καὶ Ἔρις et quos adjecit Ungerus in Sinidis cap. VI, 1 p. 108. 109. Erythiam autem filiam Geryonis fuisse, ex qua Noracem, Iberorum ducem, procreaverit Mercurius, memorarunt Pausanias X, 17, 4 et Stephanus p. 123, 25 v. Ἐρύθεια, a quibus eo dissidet Hellanicus (de quo cf. Sturz. Comm. de Hellanico § 7 p. 20. sq.), quod Eurytionem Erythiae filium ex Marte fuisse scribit. Verba ejus sunt haec apud Scholiastam Hesiod. Theog. 293 p. 500, 25: τὸν Εὐρυτιῶνά φησιν Ἑλλάνικος γεγενῆσθαι ἀπὸ Ἄρεος καὶ Ἐρυθείας· λέγει δὲ τὴν ῥίζαν καὶ τὴν ἀνάδοσιν τῶν φητῶν. cf., quem omisit Sturzium, Serv. Virg. Aen. VIII, 300. Mythogr. I, 68: „primum Orthrum canem peremit, deinde Eurytionem pastorem, Martis filium, novissime Geryonem.“ Ex his igitur apparet Erythiam, Geryonis filiam, ex Marte filium Eurytionem peperisse eique Geryonis gregum pastori, quum ab Hercule esset interemptus, amoris monumentum posuisse.

Restat, ut de voce νυμφογενῆς nomini Erythiae adjuncta disseramus. Νυμφογενῆ enim filiam si quis poeta dicit, significet necesse est, cujus tandem nymphae ea sit filia, quod hoc loco nulla ratione intellegitur. Iam etsi concedendum est vocem νυμφογενῆς, quamquam rarius, inveniri, ut apud Alcaeam Anthol. Palat. 8, 4: Νυμφογενῆς Σάνθη et in inscriptione, quae in Steph. Thes. p. 1606 v. Λοιῶ affertur, ac leviter ferrem, si quis Menesthium et Eudorum Myrmidonum duces Νυμφογενεῖς nominasset, cf. Hom. II. XVI. 173 sq., inde tamen, quod omnes hi versus ad eam famam, cujus auctores paulo infra proferemus, non dubie pertinent, apparet hoc loco minime eam vocem esse probandam, sed sequendum Ungerum, qui Analect. Prop. p. 94 levi mutatione facta scribit Τυμφογενῆς; sic enim apud Pausaniam X. 12, 1 dicitur Ἰδογενῆς Herophile, quae ita loquitur: Εἰμὶ δ' ἐγὼ γεγαυῖα μέσον θνητοῦ τε θεᾶς τε Νύμφης δ' ἀθανάτης, πατὴρ δ' αἰ κρητογάμοιο Μητρόθεν Ἰδογενῆς, πατὴρ δὲ μοὶ ἐστὶν ἐρύθρη Μάρπησσος, μητρὸς ἱερῆ, ποταμὸς δ' Αἰδονεὺς. Sed quo etiam minus dubitetur, pristinae scripturae vestigium satis manifestum superest in editione Aldina, in qua et adulterina illa syllaba et vera juxta positae comparent hoc modo: τῷ δ' Εὐρύθοντι δαμαρνυμφογενῆς. Neque enim arbitror eam vocabuli concretionem natam esse ex literarum, quae sic describendae fuerint δάμαρσι νυμφογενῆς, perversa collocatione. Tympe autem fuit mons agri Thesprotici, situs in confiniis Thessaliae, ut

Tymphaei cum Thessalis, Pindi accolis, de Penei fontibus contenderent Strab. VII. p. 327. Sed de eo monte, quantum satis est, disseruit Wesselingius in Diod. XVII. p. 204, 95 et XX. p. 425, 91. Verum ne quis miretur nos de monte Graeciae loqui, quamquam fama est Geryonem in Hispania regnasse, commemorare licet Aristotelem huic epigrammati addidisse haec: οὐδὲ γὰρ ἐν τοῖς κατὰ Διβὴν καὶ Ἰβηρίαν τόποις οὐδαμῶς τὸ ὄνομα λέγεσθαι φασὶ τῆς Ἐρυθρίας. Geryonem autem in Epiro regnasse, quam ob rem maxime congruit illud *Τυμφογενῆς*, testes sunt Hecataeus et Scylax, de quibus in extrema hac commentatione cap. III. dedita opera disseremus.

Quodsi haec vere explicavimus, audaciores jam non habebimur hos versus sic legendos arbitrati:

*Τῆδε δ' ἐμῶ τέκνω Ἐρυθρίωνι δάμαρις Ἄρηος  
Τυμφογενῆς Ἐρυθρῆ θῆρα λιποῖσα πέδον  
Μναμόσωνον φίλιε φηγῶ ἐπὶ σκιερῶ.*

Et primi quidem versus numeros non deteriores patet esse versu Tzetzae Antehom. 350: *Αἰνῶς Ἀχιλλεύς Ἰπποδάμειαν ἔλε Βοισῆος*. Hom. 319: *Δοῖω ἀδελφεῶ, Ἀσινάνακτᾶ τε Λαόδαμόν τε* cf. Quint. Smyrn. IV, 396: *Γηγόσωνος τῶν δ' ἀμφικειρονυμένα τυμματα πάντα*. Τῆδε autem est hoc loco, id est in campo illo, quem Hercules Veneri dedicavit, ipsa autem Erythia capta reliquit. Deinde levi mutatione facta pro *μοι*, quod codices habent, scribendum est *ἐμῶ*, quod jam Buharius restituit, *ἠδ'* autem expellendum, quod nomini *Ἐρυθρίων* temere additum est ab iis librariis, qui aliquo modo versus integritati consulendum esse censuerunt, quum et ignorarent priorem vocis *τέκνω* syllabam corripere posse, id quod fere semper ab Atticis factum esse docuit Marklandus ad Eur. Suppl. 293, neque perspexissent hexametrum aliqua parte immittum esse.

Praestat autem scribi *Ἐρυθρίωνι*, quod ipsum invenimus in Maji codice Mythogr. I, 68 p. 25 ed. Bod.: Eurythionem pastorem, filium Martis. stabilis autem eandem formam Hesychius p. 655, 12 Schmidt., de quo infra disseremus. Eodemque ducunt codices, quorum scriptura est: *ἐρυθρίωνι*. Scilicet, credo, olim fuerunt, qui Erythes filium vellent ipsius matris nomine appellatum fuisse putarentque Erythionem dici posse Eurytionem, ut invenimus *Ἐρυτιον-Ἐύριον* Welck. Syllog. 236 p. 279, de qua re accuratius aliqua disputata paulo infra § 3 videbis. Versum hunc autem hexametrum esse recte jam vidit Js. Vossius, qui hoc proposuit: *Τηλεδάμω τέκνω τῶ Ἐρυθρίωνι δάμαρι*, cui incepto favent codices, qui praebent *δάμαρι*. Sed vocabulum ipsum *δάμαρις*, quod restituimus, insolentius est. Habemus enim formam frequentissimam *δάμαρ*. Qua minus usu celebrata est altera haec: *δάμαρς*, cujus mentionem facit Lobeckius Paralip. p. 94, qui testem adhibuit Scholiastam Dionys. Gramm. p. 823: *πολλὰ εἰς δίο σύμφωνα λήγοντα οὐκ εἶσιν, εἰ μὴ τὸ ἄλς, Τίονρς, μάμαρς, δάμαρς*. Praeterea *δαμαρῆς* Boissonadius Steph. Thes. p. 778. D. attulit apud Theodorum Prodromum repertum. Denique invenimus simillimam formam *δόμορς* pro *δάμαρ* apud Hesychium p. 434, 29 Schmidt., de quo vide Koen. ad Gregor. Cor. p. 455, quocum conferre non alienum est verba Salmasii Exerc. Plin. p. 121 a B: *μορῆς* mulier. Cretes, qui o in a et contra solebant mutare, *μορῆς*. Hinc *Βοιτόμορς* id est dulcis puella, ut eam vocem immerito suspectare videatur Schmidtus; quis enim jam neget Hesychium, a quo hoc epigramma lectum fuisse testimonio vocis *Ἐρυθρίωνι* modo docuerimus, nomen *δόμορς* ex hoc ipso versu in suum vocabulorum indicem transtulisse? Librariorum autem oculi facile a syllaba *ρις* vel *ρι*, quam codices praebent, ad vocem proximam *Τυμφ.* vel *Τυμφ.* prolabi potuerunt, ita ut vox *Ἄρηος* intercideret. Nomen *Ἄρηος* autem post syllabam *αρ* intereidere potuisse facile intellegitur.

Pergo ad reliqua. Nam supra leviter perstrinximus versus proximi vocabula *δὴ τόδ'* ut falsa et plane corrupta, quae librarii videntur versum sanaturi intulisse. Quis enim pro incorruptis habere potest haec: *τῆδε-τόδ'-πέδον*? quorum alterum tanti est, quanti supra docuimus esse illud *ἠδ'* additum nomini *Ἐρυθρίωνι*. Quid plura? In primis quaerendum est, quo tempore dedicaverit Erythia filio monumentum, nec erit quisquam, qui neget eo tempore hoc factum esse, quo ab Hercule illa abduceretur, igitur quum patrium campum captiva relinqueret. Deinde autem animadvertendum est nullum exstare scriptorem, a quo *διδόναι* sit ita

usurpatum, ut significet dedicare. Non igitur mirum videri potest, quod scripsimus *Ἐρυθρία λιποῦσα* (sive *λιποῦσα*) *πέδον*. Nam quum scribendum esset: *ΘΗΚΑΛΛΙΠΟΥΣΑ*, librarii specie earundem literarum (*ΚΑ-ΟΑ*) decepti, omissa voce *λιποῦσα*, priori syllabae *κα* subjunxerunt vocem *πέδον*; quo autem damnum literarum resarciretur, pro *Ἐρυθρία πέδον* vilibus quibusdam supplementis illatis (quid enim vilius est illis vocibus *δὴ τόδ' ἔδωκα πέδον*, quas modo rejecimus?) prodere coeperunt *δὴ τόδ' ἔδωκα πέδον*.

*Πέδον* autem est ille campus, quem Aristoteles nominasse dicitur *Ἐρυθρος*, nos *πεδῖον Ἐρυθρίας* nominandum esse paucis exponemus. Namque nusquam neque in Hispania neque in Libya commemorari nomen Erythiae ipse Aristoteles profitetur, rejiciens fabulam per omnes scriptores vulgatam, qua Hercules ex Hispania Geryonis boves rapuisse narratur. Quum vero locum, qui Erythus appellatur, apud scriptores inveniamus nullum, non alienum videri potest, si hanc vocem corruptam existimamus censemusque Aristotelem scripsisse *Ἐρυθρίας* et intellexisse campum, quem Hecataeus et Scylax, ut in extrema hac dissertatione (cap. III.) videbimus, commemorant in Epiro situm. Quid enim aptius et epigrammatis sententiae magis consentaneum dici potest, quam eum campum, ex quo Hercules Erythiam et boves secum abduxerit, nominatum esse campum Erythiae? Sed ne quis genitivum *Ἐρυθρίας* minus usitate poni putet, exempla ejusdem generis aliquot proferre licet. Sic enim est apud Antonium Liberalem XXIII: *τάς λεγομένας Βάτιον σοπιὰς* (Verheyk. in c. XL. p. 177.) et apud Scholiastam Theocr. I, 123 p. 844 Kiessl.: *χωρίῳ καλουμένῳ Καλλισιοῦς*. Unger. Theb. Parad. II, 1 p. 96 sq. Itaque proprio nomine is campus, qui Geryonis sedes fuit, dictus fuit *Ἐρυθρίας πεδῖον*, ut *Νηπείας πεδῖον* Schol. Apoll. Rhod. I, 1116. (Callim. fr. 90. Bentl.) Eaque conjectura vide quam egregie confirmetur suffragatione libri Marciani 215, in quo literis consignatum Bekkerus reperit *ἐκείνος Ἐρυθρίας*. Verum enim vero haec disputando exsequutus tamen graviter dubitare et laborare coepi propterea, quod et Hesychii locus me in diversa trahebat et verbum *λιποῦσα* audacius illatum non minus displicebat, quam nomen *πέδον* in supervacuum voci *τῆδε* subjunctum. Unde adeundum mihi putavi eum, a quo supra attulissem repertum esse nomen *Τυμφογενής*. Qui mihi ea rescripsit, quae in § 3. in medium proferentur; nunc quidem satis est confiteri meo qualicumque instituto praestabiliorem videri hanc versus descriptionem: *Τυμφογενής Ἐρυθρία ἦκε τότ' ἐν σκαπέτῳ Μνημόσωνον*.

Sequitur, ut extremum versum, quem sic legere instituimus: *Μναμόσωνον φίλια φηγῶ ὑπὸ σκιερᾷ*, rationibus et exemplis confirmemus. Plurimis enim satis placuit scribere *μναμόσωνον φίλιας*, amoris memoriam, quam vocis significationem cernimus apud Meleagrum Anthol. Pal. XII, 18, 7: *Δάκρυα τὰμὰ λάβοι μναμόσωνον στοργᾶς*. Ego vero hoc loco ipsum tumulum vel sepulcrum intellegendum esse censeo, cujus rei testem do Pollucem III. 102 p. 321: *ἐρεῖς δ' οἶν τάφος, μνήμα, μνημεῖον, μνημόσωνον*, et Hesychium p. 1051, 24 Schmidt.: *μνήμα-μνημόσωνον, ἀνάθημα, τάφος*, atque Etymologicum Magn. p. 589, 18: *μνήμα τὸ μνημόσωνον*, quae significatio fugit Salmasium Exerc. Plin. p. 858 sq. et Kirchmannum de Fun. III. 10 p. 255 ac viros doctos Stephan. Thes. p. 1113. B. Ac *μνημόσωνον* absolute poni recte jam vidit Welckerus, sed in notione haesit. Nec aliter latini vocem memoriam usurparunt; sic enim Goensius Diatrib. de Cepotaphiis cap. III. p. 54: „hinc fluxit notio vocum memoriae et *μνημεῖον*, quibus sepulcra passim veniunt“, et Peerlkampius ad Hor. Epod. IX, 26 p. 474: „viris fortibus omnis terra est sepulcrum et monumentum — *μνημεῖον*“, qua re minus recte judicavit Ammonius p. 95: *μνημεῖα μὲν γὰρ ἔλεγον τὰ μνημόσωνα, μνήματα δὲ τοὺς τάφους* et scriptor Glossae Labb. p. 125: „*μνημόσωνα* monumenta. singulare non habet“. *Μναμόσωνον* autem in hoc epigrammatis loco omnino *τάφον* intellegendum esse declarat Hesychii locus, quem infra commemorabimus. Accedit, quod viri docti, qui scripserunt *μναμόσωνον φίλιας*, notionem *φίλιας*, quam inesse volunt, nullius scriptoris auctoritate confirmarunt. Verborum autem conjunctio *τιθέναι μνήμα* vel *τίθεσθαι* (uti dicitur *δῶρα θεοῖς τιθέναι* et *τίθεσθαι* Del. Epigr. Gr. 108, 4. 111, 3. 112, 2. 120, 2 Jacobs.) legitur in inscriptione apud Osann. Act. ad studia antiquitatis pertinent. 1840 nr. 118 p. 968: *πισυς τῷ ἰδίῳ ἀδελφῷ μνημεῖον οὐκ ἔθηκεν* et apud Spon. Voyage de l'Italie II. p. 282: *Ἐρμερος-μνήμ' ἀλόχῳ φίλῃ Ἐθήκατο κονοιδίῃ*, quos locos in eo, quo uti licuit, lexico adscriptos voci *τιθέναι* reperi.

Jam vero quod plerique interpretantur de concubitu (ut Hesych. *φιλότης· φιλία ἢ συνουσία*), quidam de materno affectu (cf. inscr. supra l. *φιλή ἀλόχῳ*), id ego in longe aliam partem spectare credo. Quoniam enim *μνημόσνον* intellegi Eurythionis sepulcrum evicimus, hoc probabiliter statui videtur dici Eurythionem pastorem sepultum propter ipsam illam arborem, sub qua considerare et recubare solitus esset, ut est apud Colluthum v. 119: *Ὡς ὁ μὲν ὑψιλόφοιο φρυγῶν ὑπένευθε καλάνθη Τηλόθεν Ἐρμάωνα διάκτορα εἶδε λιγαίων* et in Anthol. Palat. VII. 174, 3: *οὐδέ σεν ἐκ καλάμων κερααὶ βόες ἀδὲ μέλισμα Λέξονται σιεροῦ πάρ δρυὶ κεκλιμένοι* et apud Longum Past. II. p. 61: *ἐπὶ τὴν συνήθη φρυγὸν ἔρχεται*. IV. p. 120: *στὰς ὑπὸ τῆ φρυγῶ καὶ ἐκ τῆς πέτρας τὴν σίριγγα προχομίσας*. Quam arborem epigrammatis auctor dixit *φιλίαν* (ut Oppian. Cyn. II, 307: *ἀμφαγαπάξει Ἡθαλέας ἰ εὐνὰς φιλίον τε νάπαισι μέλαθρον*. cf. Seidl. Eur. Troad. 243.), Eurythioni *amata* m, (Sil. XIII, 345: „saltus et *amata* revisit Maenala“) sive *amicam* (Stat. Theb. VI. 12: *amica ad littora*“). Ad obscurandum autem id vocabulum valuit et ea res, quod *μνημόσνον* sic dictum librariorum vulgus putavit, ut alibi *μνημόσνον σιοργᾶς*, et notus error permutantium literam *ς* et *ι* subscriptum, de quo copiose dixit Schaeferus Melett. Crit. p. 112. sq.

Postremo cum sententia verborum: *ἔθνη μνημόσνον φρυγῶ ὑπὸ σιεροῦ* comparare non alienum est Callimach. Dian. 239: *βρέτας ἰδρύσαντο Φρυγῶ ὑπὸ*. Ptolem. Hephaest. V. p. 194, 7 West.: *ταφῆται παρὰ λεικῆς δένδρου*, Anthol. l. d. et VII. 714, 4: *Ἴβικον εὐφύλλῳ θῆκεν ὑπὸ πιελέη* conf. 173, 3: *Θηρίμαχος δὲ παρὰ δρυὶ τὸν μακρὸν εὐδαι Ὑπνον*. Quint. Smyrn. X, 132: *ἦς εὐ νῦν περ Εἰνῆς σῆμα τέτυκται ὑπὸ δρυσίν*.

### § 3.

Jam vero eo res deducta est, ut de eo Hesychii loco, quo ter supra usus sum, dicatur. Quo loco, quaecunque de epigrammate disputavi, ea omnia praeclare confirmari videntur. Nam ut praeteream, quae Hesychii interpretes et Prellerus de Cerere et Persephone p. 327 et Schmidtus protulerunt, vix dubium est, quin veri inveniendi viam indicaverit Is. Vossius, qui ad Hesychii locum *Εὐρυθίων· τάφος ἐπ' Εὐρυθίωνι καὶ ἑορτῇ Δήμητρος καὶ παιγμᾶτια ἐν τοῖς σκοιοταρίοις* p. 1525 haec annotavit: „Procul dubio haec intelligenda de obscuris illis versibus, qui exstant apud Aristot. in Admirandis“ ac nomen *παιγμᾶτια* convertendum esse in *ποιημᾶτια* existimavit. Quod quidem vocabulum tantum abest ut ego probabiliter excogitatum arbitrer (neque enim Erythe fuit poetria), ut ad hunc statum revocandum esse illum locum censeam: *Εὐρυθίων· τάφος ἐπ' Εὐρυθίωνι καὶ Ἐρύθης τῆς μητρὸς κεῖται ἐπιγράμματα ἐν τοῖς Ἀριστοτελείοις*. Probabilia autem me afferre videor his docere. Recte enim dici *τάφος* ἐπ' *Εὐρυθίωνι* (neque enim magis inter se congruunt verba Hesychii p. 1037: *Δρυὸς ὑψικόμοιο τὸ ἐν Ἀιδώνῃ μαντεῖον*) primum inde intellegitur, quod *τάφον* vocari monumentum titulo insigne certum est per Schol. Vatic. Eur. Troad. 1189 p. 468. Dind.: *εἰώθασιν ἐν τοῖς τάφοις τῶν ἀποθνησκόντων γράφειν τὰ ἀνδραγαθήματα* et Schol. Hom. Od. III, 309 p. 103: *τάφος—τὸ μνημεῖον καὶ τὸ σῆμα*, deinde ex ea re, quod et praepositionis *ἐπὶ* usus in epitaphiis Phocensium imprimis et Boeotorum observatus est a Boeckhio Corp. Inscr. I. p. 726 et Keilio Onomatol. Graec. p. 103 et frequentius dici solitum esse *σῆμα τὸδ' ἰδρυσεν ἐπὶ παιδί* quam *ἐπὶ παιδός* docuit Welckerus Syllog. Inscr. p. 33. De restituto autem nomine *Ἀριστοτελείοις* sic expedio: quia constat media parte truncata *ἄριστος* pro *Ἀριστοτέλης* (Bast. Comm. Palaeogr. p. 798 sq.) scriptum fuisse, facile intellegitur literis iis, quibus ad restituendam vocis integritatem opus esse videretur, sic superscriptis, ut verum appareret, accidisse, ut simul et noto errore literas *κ* et *ς* permiscentium (ut *ἄρκιος* et *ἄριστος* Schaefer. Schol. Apoll. Rhod. IV, 144) corruptum (*σκο*) et emendate scriptum (*στο*), syllabarum *αρι* sede perperam mutata, fieret *σκοιοταρίοις*, quod scribi oportuerat *ἀριστοταρίοις* id est *ἀριστοτελείοις*.

Quae si recte disputata sunt, simul hoc patet, quo jure *δάμαρτις* in versu quarto restituerim, et praeclaro testimonio hoc confirmatur: veram esse eam, quam supra suasi, versuum descriptionem: namque *ἐπιγράμματα* Erythes, non *ἐπιγράμμα*, ab Hesychio commemorantur. Nec vero dissimulo alia et fortasse vero propiora, sed nostrae sententiae non ex omni parte contraria eum exprompsisse, cui disputationem, qua supra bis usus sum, acceptam refero. Qui sic argumentatus est, ut ambigi posse pronuntiaret, utrum

τάφω— καὶ ἐπιστήματι ἐν τῷ σκαπέτῳ ab initio proditum fuerit an καὶ (κατ') ἐπιγράμματι. Sed jam tota illa disputatio in medio proponenda est.

„Qui Hesychii locum *Ἐὐρυθίων* ad Aristotelis *Mir. Ausc.* spectare solus vidit, Is. Vossius invento uti nesciit. Sic enim res se habuit: notabile duxit Hesychius nomen *Ἐὐρυθίων* ille quidem ad vulgatiorem formam *Ἐὐρυθίων* immutandam valuisse arbitratus matris nomen *Ἐρύθη* (*Ἐρύθειά* Lennep. Phalar. Ep. 1 p. 2. *Ἐρύθιον—Ἐρύθιον* Welck. Syllog. 236 p. 279): similiter enim variata invenimus *Ἐὐφραίων* et *Ἐφραίων* in nummo Scalig. Euseb. Chron. p. 62. b. *Ἐὐφρόδιος* et *Ἐφρόδιος* Boeckh. Inscript. nr. 270. *Ζεὺς Ἐφράμιος* et *Ἐὐφράμιος* Hesych. p. 1535. 1540. *ἔωλος* et *εἰώλος* Dindorf. Steph. Thes. p. 2637. cf. *Ἐριβώτης* et *Ἐὐριβώτης* Siebel. Paus. V. 17, 4 p. 247.

